

COMMENTARII  
PETRI GILKENII,  
CLARISSIMI I.V. DO-  
CTORIS, AC IN FLOREN-  
tissima Herbiopolensis Academia, Du-  
catus Franconiax Digestorum or-  
dinarij Professoris,

IN L. ADEO, §. EX DIVERSO<sub>t</sub>  
ff. de acquirendo rerum dominio, de Inaedifica-  
tiis solo alieno aut proprio, ex materia alie-  
na aut propria.

ACCEDIT, PLENIOR DE IMPENSIS,  
tractatus, earum materiam, si non omniem, saltem pro in-  
signi parte complectens, & difficilimam, utilissimasq; circa  
hoc ipsum, incidentes quæstiones, cum ingeniosa-  
tum noua ratione dissoluens.



FRANCOFVRTI,  
Typis Sigismundi Latomi, impensis Ioan. Theo-  
baldi Schönvetteri.

M. P. S.

REVERENDISSI-  
MO AC SERENISSI-  
MO PRINCIPI, FERDINAN-  
do, electo ac confirmato, Coadiuto-  
ri ac Administratori Electoralis fastigij ac dignitatis  
Coloniensis ditionis & eo pertinentium Prouincia-  
rum, Comiti Palatino ad Rhenum, Ducis in y-  
traq; superiori & inferiori Bavaria, Do-  
mino suo clementissi-  
mo.



ON recte magnino-  
minis, & eximiæ eru-  
ditionis viros, Illustris-  
sime Princeps, Anti-  
tes Reuerendissime,  
conquestos esse existi-  
mo, quod cum doctissimus, & con-  
summatissimus quisque de aliena sci-  
entia ferre censuram, tanquam sibi i-  
psi diffidens recuset, id tamen non  
laudabili consuetudine, multitudinis  
nonnunquam, etiam imperitæ, iudi-  
cio committatur. Conuenienti enim  
ratione motos id illos non fecisse ar-  
gumentum cum apertum, tum etiam  
locuples præbere potest, quod quem-  
admodum



## ENARRATIO

In §. Ex diuerso, l. 7 Adeo ff. de acquirendo  
rerum dominio: & in §. Ex diuerso: item §.  
Certe, Inst. de rerum diuis. & acqui-  
rendo earum dominio.

**V**erba autem dicta l. 7. §. 12. ita se ha-  
bent: Ex diuerso, si quis in alieno  
solo, sua materia ædificauerit: illius  
fit ædificium, cuius & solum est. Et  
si scit alienum solum esse, sua vo-  
luntate amisisse proprietatem ma-  
teriæ intelligitur. Itaque neq; diruto quidem ædifi-  
cio, vindicatio eius materiæ competit. Certe si do-  
minus soli petat ædificium, nec soluat precium ma-  
teriæ, & mercedes fabrorum, poterit per exceptio-  
nem doli mali repellere, utique si nescit, qui ædifica-  
uit alienum esse solum & tanquam in suo bona fide  
ædificauit. Nam si scit, culpa ei obici potest, quod  
temere ædificauit in eo solo, quod intelligeret alie-  
num.

Sequuntur §§. Institutionum.

**E**x diuerso, si quis in alieno solo ex sua materia do-  
mum ædificauerit, illius fit domus, cuius & solum  
est. Sed hoc casu materiæ dominus proprietatem e-  
ius amittit: quia voluntate eius intelligitur esse alie-  
nata, utique si non ignorabat se in alieno solo ædifi-

F R A N C O F V R T I  
A D M O E N V M , A P V D  
Sigismund. Latomum, Impensis  
Ioan. Theobaldi Schön-  
vvetteri.



---

Anno M. D. C.